

## **Terms and Conditions**

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

### Imprint:

Director: Mag. Renate Plöchl

Deputy director: Mag. Julian Sagmeister

Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek

Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

### Contact:

Email: [landesbibliothek\(at\)ooe.gv.at](mailto:landesbibliothek(at)ooe.gv.at)

Telephone: +43(732) 7720-53100



**Secundo sciendum** est qd circa tertium incl-  
dit talis difficultas.  
Utrum temperantia sit solum circa delectationes gustus et tactus. Pro cuius solutione notandum est quod duplices sunt passiones. scilicet animales et corporales. In animales sunt in anima nihil patiens corpore sicut in tristitia: sed passiones corporales sunt quod sensui vel appetitui sensitivo inferuntur parti corporis. In illa passio quod vocatur corporalis dicitur dolor: et ista non habet spiritus sicut demones et aie. Sed illa quod vocatur animalis dicitur tristitia vel delectatio sibi opposita: et ista habet aie dante et spiritus seu demones. Sed dices quod causantur iste passiones in aliquo. Respondetur quod ad causandum istas passiones in aliquo non sufficit imutatio realis: quod tunc lignum pateret cum recipiat imutationem realem: requiritur ergo imutatio intentionalis. Sed dubium est utrum imutatio intentionalis sine reali sufficiat. Respondetur quod sic: sed realis sine intentionali non sufficit: ut patet de ligno quod patitur passione reali: sed intentionalis sine reali sufficit: quod excellens sensibile natum est inferre dolorem: quod est discouentem in quantum tale: et tunc in quantum excellens sensibile non imutat nisi intentionali: licet alia imutatio realis concomitemur quod dissoluit organum a media proportione in qua consistit. In est aduertendum quod delectationes gustus et tactus sunt cotes nobis et brutis: sed alie delectationes proprie non veniunt brutis: sed nobis tantum. Et dicitur notate proprie: quod bruta proprie delectantur non solum in auditu vel visum et olfactu nisi per quantum per visum et olfactu manifestat eis aliquid veniens tactu vel gustu: id dicitur Aristoteles quod in alijs sensibus non est delectatio nisi solum in animalibus. In dicitur in libro de sensu quod quidam sunt odores quod sequuntur sapores: et illi non sunt delectabiles solum se sed solum solum in animalibus. scilicet in relatione ad gustum vel tactum: unde quod sunt delectabiles gustu: id sunt delectabiles olfactu. Ideo dicitur quod odores distinguuntur solum solum saporibus. Alii sunt odores solum se delectabiles et non solum in relatione ad gustum vel odores rosarum violarum et multorum istorum. Non enim gaudentur gratia cibi in odoribus rosarum: et delectationes proprie circa odores sunt nobis proprie. Et omnes istis patet quod sit dicitur ad rationes: vitium enim in sensibilitate non consistit in totali extirpatione sensus: sed appetitui sensitivo: quod tollit statim vitam. Ad secundam dicitur quod insensibilitas non prodest ad acquisitionem virtutis: Ideo ponitur

**Ad conclusio** rñialis: Temperantia est circa delectationes gustus et tactus.  
**Queritur** Utrum virginitas sit virtus. Et arguitur primo quod non: Quia virtus non inest nobis a natura: sed virginitas inest nobis a natura: igitur. Arguitur secundo sic: Virginitas non corrumpitur ex operatione bona: sed virginitas corrumpitur ex operatione bona: igitur virginitas non est virtus. In oppositum videntur esse theologum et vulgum: vulgus enim homines de sua virginitate commedat et non faceret nisi esset virtus: igitur. Pro solutione questionis:

**Sciendum est primo** quod virginitas potest capi tripliciter. Uno modo per integritatem corporis opposita corruptioni quod solet fieri per opus libidinosum. Secundo modo capitur per oppositum seruande virginitate proprie. Tertio modo per oppositum non destruendum eam nisi per opus peccatum et licitum: tunc ponitur aliquid propositio. Prima: virginitas primo modo non est virtus neque vitium: quod talis integritas inest nobis a natura et non per assuefactionem. Et nota quod non oportet quod virginitas perdat per quacumque corruptionem illius integritatis. Nam si corrumpitur per infirmitatem vel aliquem excessum vel emittendo sperma per al-

quam magnam considerationem quam dicitur habere circa actum libidinosum non proprie dicitur corrumpitur integritatem. Dico ergo quod solum perdit virginitas quando corrumpitur integritas carnis per actum libidinosum. Et hoc maxime in sexu muliebris: masculus autem est satis difficile videre in quo consistat virginitas: cum in masculino nulla videatur corruptio signaculo virginalium. Et nota quod actus libidinosus est qui fit per agitationem membrum cum membrum siue talis agitatio fiat a se vel ab alio. Secunda propositio: virginitas secundo modo est virtus: quod possumus deficere et superabundare in seruando integritatem corporis: in superabundando quod est verum in illo qui vellet eam seruire ubi necessitas humane multitudinis immineret: contingit eam deficere: ut in illis quibus actus sunt in detrimentum sanitatis et bone dispositionis. Tertia propositio: virginitas tertio modo est virtus: quod castitas est virtus: sed talis virginitas est castitas: cum sit abstinentia a delectationibus veneris solum quod recte dicitur. Et aduerte quod ex omnibus superdictis videtur quod virginitas non dicatur nisi totalis abstinentia a veneris: et tunc videtur esse nomen tantum vitium quod virtus. Nam propositum proprie abstinentie in illo in quo recta ratio dicitur non esse obfusca: dicitur esse malum: sicut dicitur in scriptura quod quidam sunt facie virgines. Sed ex illis in quibus recta ratio dicitur esse obseruandum est virtus: tunc solum visum doctorum accipitur per virtute. Et sic potest distinguere: virginitas est propositum seruandi integritatem corporis solum quod recta ratio dicitur. Et quod videtur sequi quod ad virginitatem non requiritur votum: quod est aliis doctoribus: qui dicitur quod illud propositum seruandi integritatem non est strictum nisi firmatum voto. Nolo tamen dicere quod virginitas firmata voto sic in virgine marita non sit virtus: sed volo dicere quod propositum simplex et non firmatum voto de perpetuitate integritatis seruando non est virtus. Sed dices ratione cuius debet fieri illud propositum seu propositum quod dicitur quod aliquid sit ratione finis creati: verum propositum propter alia bona. Secundo potest fieri ut hoc comodi et liberi vacet rebus diuinis et contemplationi: sicut a quo contemplatione vitia carnalia multum retrahunt. Potest etiam fieri propter amorem dei: et sic est actus excellentissimus virtutis: puta se abstinere a delectationibus carnalibus non necessarius propter deum.

**Secundo sciendum** est quod multi saltem dicunt quod virginitas non est virtus. Et ideo per declarationem falsitatis eorum soluentur aliquid rationes quas nituntur per ipsas accipere. Prima: quibus virtus potest reparari per penitentiam: sed virginitas non potest reparari: quod post corruptionem integritatis non potest plus haberi propositum seruandi integritatem. Respondetur quod non oportet quod quilibet virtus possit reparari per penitentiam: quod sunt aliquid virtutes: quod nullo modo potest reparari: sed per penitentiam bene delectat macula: id est ordiatio ad penam eternam non oportet enim quod quod quis delectat peccata sua quod si plus amiserit aliquam virtutem quod per penitentiam eam recuperet. Secundo sic: virginitas opponitur illi precepto: Crescite et multiplicamini: igitur non est virtus. Respondetur quod illud preceptum fuit datum proprie necessitate nature: et ideo deficiente illa necessitate humane nature cessauit illud preceptum vel saltem per illo tempore in quo non est necessitas nos non obligemur: licet si obligemur ad illud preceptum sed non per se: sed solum proprie necessitate nature precreande. Tercio illud quod recedit a medio virtutis non est virtus: sed virginitas est huiusmodi: quod iubet abstinere ab omnibus delectationibus veneris. Respondetur quod virginitas non recedit a medio virtutis: licet inclinet abstinere ab omnibus delectationibus veneris: sed hoc est solum dictamen recte rationis. Et dices da mihi extrema istius virtutis scilicet virginitatis. Respondetur quod abundantia est indulgere delectationibus veneris corruptiuis integritati sine necessitate: sed